



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam:
Adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Concludamus ergo totam sententiam; Illi (inquit) mane uenientes, non qui
claudant, nec tui egent, nec exaudiri curant, saturi sunt, tot uitiorum repleti
cordibus (id est, iusticijs suis) nec astant tibi, nec offeruntur tibi ut formetur a te,
ut illuminentur, ut uideant, sed contra te potius formant, & idolo cordis sui
(urfaiae, xlii, dicit) assimulant, de te sed in suas opiniones iudicantes, ut non
uideant, sed magis excacentur & inducentur. Quod ideo fieri quoniam tu non,
ut putant, diligis impieratem, sed odis iniqtatem, & abominaris eos omnino.
Ego uero uenio & asto & offeror, ut former a te, ut sapiam de te sed in te, ut ui-
deam & illuminer. Illi uenient allaturi sua bona & merita, ablaturi uero se-
cum maiora sua peccata & mala. Ego uenio postulaturus tua bona, & confessu-
rus mea mala, quia illi fani sunt, medico non egent: Ego infirmus & male ha-
bens, medicum quaro, hoc est, quod sequens uersus prosequitur.

Ego autem in multitudine misericordiae tuæ, introibo in domum
tuam: Adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Egregius uersus, egregia sententia, uerba antithesim habent, habet
& ipse sensus.

Duo enim sunt quibus hæc uita exercetur: Timor & spes, uelut duo irrigua
illa iudicium, j. alterum superius, alterum inferius. Timor prouenit ex intuitu
minarum & metuendorum iudiciorum dei, ut in cuius conspectu nemo mun-
dus, nemo non peccator, nemo non damnabilis. Spes prouenit ex intuitu pro-
ie miserationum tuarum, & misericordiarum tuarum, quæ a seculo sunt, ut in
eius conspectu nemo non mundus, nemo non iustus, nemo non saluus esse
possit. Atq; in hijs duobus, tanq; inter molam inferiore & superiorē semper
oportet uersari, nec aliquando declinare, siue ad dexteram, siue ad sinistram.
Hoc enim impiorum est, qui contrarijs duobus exercentur, securitate & præ-
sumptione. Securitate declinat ad sinistram, posthabito dei timore, ut psal. xiiij.
Non est timor dei, ante oculos eorum: Præsumptione declinant ad dexteram,
dum omnia sua placere præsumunt, sine timore dei. Quia cum lese peccatores
esse non agnoscant, necesse est ut deum non timeant, cuius iudicium non con-
siderant, ut iuxta psal. ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. Ita p iusticijs dei,
ignauam quandam deisibjpsis obijciunt, p misericordia dei, iusticiam suam
propriam, ita sit ut timere & sperare non possint. Hæc est ergo antithesis quam
ponit: Illi sine timore tui, postpositis iudicij suis tremendis, secure adorant te Antithesis in
sicut Pharisæus in Euangeli, Lucae, xvij. Deinde in multitudine iusticie suæ sensu.
intrant templum, & uenient in conspectum tuum, misericordia non egentes.
Ego uero cum mihi sim cœlesius esse me nō posse corā te tuis p iudicij, tutum,
demeipso delspans, ita accedo ad templum tuum coram te sistendus, ut milie
ricordiam tuā mihi ante oculos solam habeam, quæ multa, immo infinita est:
Haec sola inspecta, audeo, & tutus sum (sicut psal. xxv.) Qm̄ misericordia tua
ante oculos meos est, & complacuit in ueritate tua: Venies autem hac fiducia
adorabo te in templo tuo, sed in timore tui, non præsumens, q; ex me tibi sim
placitus, immo timebo, ne meum obsequium & adoratio reprehensionem
merentur. Quo timore ubi tuum seruabo honorem, & meā custodiā humi-
litatem, dum nō meipsum iustifico, sed humiliter tuum tremendum iudicium,
in spe misericordiae tuæ ignoscens, expecto.

Vides ergo

H ij

Vides ergo clare huius psalmi scopum esse de diuersa religione piorum, humilium, & superborum. Comparat enim illos sibi in maiestate opere, quod est intrare domum domini, & adorare ad templum fanticum. Ibi enim & opera & dogmata oium & maxima & prima celebratur. Pulchra est etiam uerborum antithesis, sed permixta. N.

Pulchra est etiam uerborum antithesis, sed permutata. Nam misericordia dei, quæ spei obiectum est, sine spei nomine ponit, rursus, timorem, cuius obiectum est iudicium dei, sine iudicij nomine ponit, cum potius misericordia & iudicium, aut spem & timorem uideatur opponere debuisse. Verum spes & eius obiectum exprimendum erat, scilicet misericordia immo multa, do misericordia dei, quod p̄ij homines plus satis timent & magna reuertuntur, ad deum diuinæ opera accedunt. Atq; hæc duo, spes & timor, sunt omnino longe gratissima & pia opera, quæ impj illi iustificari, ut nec docent, ligunt, ita nec faciunt nec facere possunt. P

longe gratissima & pia opera, quæ impij illi iustitiarum, ut nec docent, nec mandant ligunt, ita nec faciunt, nec facere possunt. Plenus est (ut dixi) etiam hodie, non mundus eorundem impietate, qui homines in operum & iusticie, ppriis fidicium tractos, non sinunt ad dei timorem & misericordia spem peruenientem per discentes, & nunquia ad scientiam ueritatis peruenientes: Et (ut Christus ait in Mat. xxij.) Tulerunt clauem scientiae (id est, potestatem docendi scientiæ de ipsi non introeunt & introeuntes prohibent.

Hos impios presumptores, iudiciorum & misericordiarum dei secundum illorum contemptores, etiam Isaías. §. copiose taxat, dicens: Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudiatur &c. Quare sequitur, quia manus uestra sanguine plena sunt. Lauamini manu estote &c. Ita nihil deo placere potest, nisi quod in humilitate geratur. Humilis autem esse non potest, nisi in omni opere, quantulibet bono, dei iudicium formidetur, & de sola eius gratuita misericordia presumatur: cui pietati ouiam maxime repugnabat, quadam naturali ac ingenita presumptioe populus Israël, de lege & legis operibus miro timore superbiens.

Quares sequitur, quia manus uestræ sanguine plenæ sunt, Lauamini mundi estote &c. Ita nihil deo placere potest, nisi quod in humilitate geritur. Humilitas autem esse non potest, nisi in omni opere, quantulibet bono, dei iudicium formidetur, & de sola eius gratuita misericordia præsumatur: cui pretiat orum maxime repugnabat, quadam naturali ac ingenita præsumptio & populus Israel, de lege & legis operibus miro timore superbens.

Verum mea temeritate, uidetur quemlibet locum, in quo deus colitur, pro domo dei accipere. Nam & illud notum est, locum illum in quo Abraham a criticauit בֵּית אֱלֹהִים Bethel (id est, domum dei) uocatum esse, quem postea titulis aureis Hieroboam cōspurcans, בֵּית אָנָן Bethauen (id est, domum iniquitatis) fecit. Sed & Jacob Gen. xxviiij. cum in monte Moria, id est, iusionis, in quo postea templum Salomonis ædificatum est, dormisset, erecto lapide, dixit: Hic lapis uocabitur domus dei.

Quare mysticas interpretationes interim differens, uolo domum & templum dei, omnino locum corporalem intelligere, scilicet eum in quo conuenit ad colendum deum, & audiendum uerbum eius. Qualis fuit ille in quo Cain & Abel obulerunt & uerbum dei audierunt. Qualia fuerunt postea oium patrum Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Iob, altaria in diversis locis, donec ad Mosi tabernaculum & templum Salomonis uentum est, & nunc in plurimas easdemque magnificas Ecclesiolas fabricas. Sicut enim uerbum dei nunquam defuit in mundo, ita nec cultus dei. Ideo in omni seculo

seculo opus est, ut loca suisse cōcedamus, in quibus res diuinæ fierent, quæ tem-
porum successu in eam quā uidemus gloriā, & multitudinis & magnitudinis
creverūt. Quid enim aliud egit Iacob Gen. xxxv. Quādo oblatus præcepit,
ut dola tollerent, nisi q[uod] non tro ritu predicauit uerbum dei. Iacob predi-
cator erat.

Cum ergo in cultu dei maxime regnet, tum hypocrisis, tum falsa doctrina,
(quæ semper optimæ simulat & contaminat) ita ut & in duobus primis fratribus Cain & Abel pugnarint, syncera pieras & speciosa hypocrisis. Ideo psal. Syncera pie-
itate contra h[ab]itū impietatis pieratem falsam, ac eius doctrinam, in cultu dei, qui tas, speciosa
mane agitur, maxime pugnat. Quid enim syncera agat cum hoībus in operis
bus interioribus, q[uod] in sublimi isto & primo opere, dei cultu, peruerse & impie
agit, ubi & species tanto nocentior est, quo speciosior & præstantiori opere si
milior est. Breuiter, nihil periculosius in mundo falsa religione, seu, Idolatria:

Hac enim sors est malorum, sub nomine totius bonitatis.
Est ergo domus dei & templum, cuiq[ue] seculo & quibuslibet hominibus p[ro]i-
sus locus, in quo deus colitur. Nam ibi uere habitare dice[re], ubi uere colitur, Vere habitat
præfert communī conuentu fidelium suorum. Quare nec propter magni- ubi uere colit
tudinem uel precij uel spatiij uel ædificij, uel multititudinem populi, unus locus tur deus.
plus altero dei domus, uel templum dicetur. Sed (ut dixi) propter conuentum
multorum ad orandum, ad feruēdum deo & uerbum eius audiendum. Luxta
illud psal. xi. In conueniendo populos in unum & reges, ut seruant domino.
Ita & locus propter populum (qui uere est domus dei) domus dei uocetur, &
non populus, propter locum.

Dominatur uero mirum in modum potens superstitionis in templis huiusmodi superstitionis
diædificandis, sacrandis, seruandis per orbem, in quibus non tam curatur, ut in templis.
piæ sit eius loci plebs, & syncerus cultus, ac purum uerbum dei, q[uod] quomodo
ditione, diuitijs, splendore, pompa, sumptu ædificij & id genus mundanarum
vanitarum superbiant, & (ut cum psalmo isto breuiter dicam) quodlibet poti-
us agitur (pro dolor) in locis cultus diuinii, q[uod] ut in multitudine misericordiae
dei intretur & ad ore in timore dei, aut intrari & adorari doceatur, cum in has Fulmine feriū
res solas instituantur. Vnde nō mirum, q[uod] saepius fulmine feriantur, q[uod] domus tur Ecclesiæ.
prophanæ, q[uod] nulla loca patent fœdioribus abusionibus, iniicitatibus, si-
mulationibus, q[uod] hæc, quæ syncerissimis & plane diuinis duntaxat officijs di-
caras sunt. Ut enim in ceteris mala siant, nomen dei tamen non perinde pollui-
tur, q[uod] in his non inuocatum est. At in sacris locis, semper duplex malum est,
quicquid etiam simplex alibi est.

Domine deduc me in iusticia tua, propter inimicos meos dirige
in conspectu tuo uiam meam.

Hebreus sic habet apud Hieron. Domine deduc me in iusticia tua, propter
insidatores meos, dirige ante faciem meam, uiam tuam.

Dixi, ab initio mundi semper fuisse & falsos operarios & mendaces magi- Insidatores
stros, sicut & Petrus docet ij. Pet. ii. Ideo nunc mundus caruit falsa religione qui dicantur.
& idolatria. Hos vocat insidatores, quia reuera nihil insidiosius hac nequitia
serpentis, de qua multum Apostolus Corinthijs timuit scribens. Timeo ne
sicut Euam serpens corrupit, ita & sensus quoq[ue] uestri corrumpatur a simplici
itate quæ est in CHRISTO IES V. Nempe dictio hebraea שׁוֹרֵר schorerai

H iij inimicus